



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Regvla LXXIV. Quod alicui gratosè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

substante hujusmodi impedimento, contrahi non potuerit. Sic praesentatus ad Ecclesiam ab eo, quia in possessione erat juris patronatus, non removetur, licet praesentans postea jure patronatus cadat, cap. Consultationibus 19, ext. De jure patron. cap. Querelam 24, Ext. De elect. Videmus & testam-
rum jure factum, non ob id infirmari, quod testa-
tor postea in favorem actus sit, s. praterea. Institut.
Quibus non est permis fac iessam.

Exaudienda autem haec Regula est, nisi effe-
ctus ejus, quod legitimè factum est, ad impossibile
redigatur. Quā ratione extinguitur stipulatio, si
res, quā utiliter in stipulacionem deducta est, sa-
cra, vel religiosa fiat, vel aliter commercio ho-
mīnum eximatur sine facto promissoris. s. item con-
tra Instit. De inutilib. Stipular. l. Sicut legati 23, D. De
verbor. oblig. Item evanescit stipulatio servitū

ad fundum meum, si priusquam ipsa constitu-
tur servitus, alienavero fundum, vel etiam pa-
tem faudi mei pro iudicio; ed quod servitus haec
faudo, vel pro parte fundi mei, quam pro iudicio
retineo, constitui non possit, l. Pro parte 11, D. De
servit. l. Pluribus 140, §. fin. D. De verb. obligat. Si-
mili est in sponsalibus, quā licet legitimē consti-
tuā sit, distrahuntur tamen per subsequens cum
alia matrimonium, cap. Sicut 22, cap. penult. Ext.
De sponsalib. nec non propter affinitatem, c. Exhi-
rit, 8, cum cap. seq. De eo qui cogn. consang. religiosis
ingressum, cap. 2, cap. Ex publico. De coniug. con-
jug. de quibus latius in Summa de sponsalib. Quibus
speciebus, sponsalia in cum casum deveniunt, quo
effectum sortiti non possunt. Coniuge, quā supit
diximus. ad cap. Non firmatur sup. cod.

REGULA LXXIV.

Quod alicui gratosē conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

Recurread ea, quā tradidimus ad c. Priviliegium 7, & ad c. Qua à jure 28, sup. cod.

REGULA LXXV.

Frusta sibi fidem quis postulata ab eo servati, cui fidem à le præstitam servare reculat.

Ado, licet fides ab altero addicta iure juran-
do firmata sit; adhuc enim fidem frangenti,
fides impune non servatur, cap. 3, Ext.
De iurejur. cum semper recte interesse intelliga-
tur, si modo alter fidem à se promissam servaverit.
Unde in locatione, si conventum sit inter locato-
rem & conductorem, ne intra certa tempora con-
ductori è re conducta in virüs expellatur; & si con-
tra factum fuerit, decem pœnæ nomine præsta-
reantur; non committeretur stipulatio pœnæ, si pen-
sionem non solvent conductori, & rem ut oporten-
t, non coluerit; cum haec tacitè insint condu-
ctioni, l. Quaro 54, §. inter locatorum D. Locati, jun-
Gal. 3, C. cod. tit. Similiter in societate, ubi ea ad
certum tempus contracta est, & lex ei adjecta, ut
si legi non paruerit socius, alter rectè ante tem-
pus renunciet Societari, l. Si convenierit 14, D. Pro
socio. Quā ratione & feudo recepsum est, ut si do-
minus feloniam, id est, perfidiam vel improbita-
tem commiserit in vasallum suum; vasallus justè
illi deaeget servitia feudalia; squideam nature

feudi in est fides morua, sive, ut appellant recipio-
ca domini & vasalli, cap. Vico, §. domini comit-
tente, Si de feudo defuncti cont. cap. unico in fin. De
formasfin. lib. Feud. Acque haec & similia dubi-
tationem non habent, ubi culpa alterius fides non
servatur. At si casu vel necessitate quis impeditus
sit, majoris questionis est: Et puto nihil magis
illi fidem servari oportere, per textus in l. Ex condic.
16, alias incipit l. Si uno S. item cum quidam D.
Locati, præstatum in contractibus innominatis, in
quibus pœnitentia locus est, l. Si pecuniam s. in
prime. D. De condic. ob caus. Non oblatas rexus in
l. In civile 12, C. Dere vind. quo loco venditor,
pretio non soluta ab emptore, agere non potest, ut
res vendita & tradita, sibi constituantur, sed agit ad
precium. Quia id sit, quod venditor fidem empo-
ritis secutus, per traditionem abdicaret à se do-
minium tecum & in emptorem transstulerit, §. vendita.
Instit. De rerum dirij; unde superest tantum, ut ad
precium agat.

REGV